


## CVII. ALBINTIMILIVM (p. 900).

8962a ad Ventimigliam rep. in campo inter fluvios Roiam et Nerviam.



Hier. Rossi apud Fiorellum *not. degli scavi*  
1876 p. 177.

## CIX. TROPAEA AVGVSTI (p 904).

ad n. 7817. Ne quid omittrem, quod ad Tropaea pertinet, adieci quae de iis leguntur in vita S. Honorati († a. 429) tam in recensione Latina (Venetiis 1501) l. 2 e. 10 quam in Provinciali (*la Vida de Sant Honorat, légende en vers provençaux par Raymon Féraud, troubadour niçois du XIII<sup>e</sup> siècle publiée par A. L. Sardou Niciae 1874 p. 91—93*); quae indicavit mihi vir in his litteris imprimis versatus Adolphus Tobler. Et Latine quidem sic narratur: 'Uxor 'viro alteri occulte se substravit. Que cum 'vices cum adultero frequentaret... in corde 'viri oritur suspicio. Cuius rei causa decrevit 'eam ad fanum turris beate pertrahendam, ut 'ibi de crimine convicta dignam pro meritis 'subiret sententiam. Olim ut ayunt, cum sevus 'Apollo peritissimus artis magice vellet de 'Hispania ad Italiam transire, veniens ad 'montem qui Agell dicebatur iuxta mare cer'nensque ibi aptum locum invocationibus phionicis cupiens agnoscere quid sibi contin'geret, erexit ibi brevem circulum secundum 'adequationem quadrivii altius eminentem. Qui 'egritudine corruptus cum sentiret sibi com'munem hominum sortem iminere, ut a posteris 'celebris eius memoria coleretur, inibi mirabilem sibi construxit arte magica sepulturam, 'sculptis lapidibus et columnis marmoreis miro 'opere fabricatam, ubi fanum edificans idolum 'consecravit tali superstitione presagii, ut gen'tili ritu ceremoniarum exhibentibus officia de 'omni re dubia illico daret responsa. Ob cuius 'rei eventum locus ille a stulto gentilium vulgo 'turris beata dicebatur'.

Explicatus autem poeta Provincialis ita Tropea describit:

*Qui vol ausir l'antiquitat  
De l'idola qu'ieu ai parlat,  
E de la torre del jayan  
C'a la Turbia fetz tan gran,  
Qu'en aquell temps fom appellada  
A la torre benairada,  
Troban en aquest sant escrich  
La veritat de zo c'ay dich.  
El temps antic un jayans fom  
Savis, c' Apollo avia nom,  
Qu'era filosofe nomatz  
E per alcuns dieus appellatz.  
Tant sabia de l'astrolomia  
E de l'art de nigromantia,  
Tot' Espayna et Aragon  
Bautuguet d'aquelle rason.  
Tant annet per diversas partz  
Obrant e fazent de sas artz,  
Que volc entrar en Lombardia  
E venc s'en drech a la Turbia,  
El mont d'Agell pres de la mar  
Luec coveynable vay trobar;  
Car soven en la selva fera  
Ly diable per mar e per terra  
Passavan present e privat,  
Per que le luecx li ven a grat.*

Deinde Apollo instrumenta disponit ut ex astris futura discat; quibus edoctus mox sibi morendum esse, ne memoria nominis interiret,

*fetz ab encantament  
La torre de gran bastiment*

*Am peyras de gran cayradura  
E obras d'antigua figura,  
Colonnas de marme pesanz  
Y mes maravillosas grantz  
Que sufron l'obra tot entor.  
E cant ac complida la tor  
De tres dobles tot en viron,  
Bauzabuc e Matafellon  
Los demonis fetz acampar;  
Pueys fetz un' idola sagrar  
Que per forza d'encantament  
Rendia rason de mantenen  
De tot cant hom li demandava  
Segon que li sortz demostrava.*

Quo facto mortem sibi consivit sepelivitque se ibi Apollo. Oraculum autem ibi extitit quod de fide mulierum interrogantes certiores faceret; sequunturque ea fere quae supra Latine retulimus. Pater autem uxoris principis Narbonensis eius quam Honoratus ab ea inquisitione sua intercessione exemerat, marchio Massiliensis iussu Honorati vestimentisque eius munitus Apollinem expellit aedificiumque deicit:

*Toquet l'ymaje del vestir.  
Le diables s'en vay fugir;  
E fez desfar la cayradura  
De la bella obra de natura:  
Colonnas e marmes entiers  
A fag espezar per cartiers,  
Tot l'encantament a delit  
On Appollo mes son escrit.*

## CXII. CEMENELEM (p. 915).

ad n. 7869. Repperit Otto Hirschfeld in codice Peirescii hodie Parisino 6012 f. 36<sup>r</sup> loco non adscripto, inter Arelatenses tamen titulum hunc, quem editum non offendimus:

SEX·IVL·VALEN	POMP · GRA
TINI·LAPIDA	TINÆ COIVGI
D RI ALMANTI	INCOPARA M
CENSES·EX FV	BILI POSVER
5 NERE E IVS	

Titulus licet Arelate potius eruderatus esse videatur quam Cemeneli, nihilominus afferendus fuit, cum Cemenelensis huius lectio inde partim stabiliatur, partim corrigatur.

## VIAE PVBLICAE POPVLI ROMANI (p. 933).

ad n. 7987. Rep. a. 1858 in fundo Cattaro prope portam Gioviam. Gregorutti *Archeografo Triestino* N. S. 4, 109.

ad n. 7992a. Postea ipse vidi Tergeste; v. 1 legendum est *invictus Augustus*, 2 *LONG·INCVR/6*  
3 *RATAM* (ARTAM error est typographi).

ad n. 8000. Qui recognovit Lucianus v. 2 in litteram p nullam cerni asseverat.

ad n. 8045. Veronae in museo Moscardiano vidit Guarnierius.